e-codices

denteſ & ſimplices ad p̄dicationem ionę . agant p̄nitten
tiam . iuxta illud q̄d alibi dicitur . homineſ & iumen
ta ſaluabiſ dn̄e ; Poſſumuſ au̅ iumenta intellegere
op̄ta ſacciſ . & aliter inter p̄tari . de hiſ maxime teſti
moniſ . In quibuſ legimuſ . ſol & luna induentur ſac
ciſ ; & in alio loco . Induam cęlum ſacco ; p̄ lugubri ſcili
cet habitu & merore atq; meſtitia ; Quę ΜΗΤΑΦΟΡΙΚΩΣ
saccuſ nominatur ; Illud q; q̄d dicitur . quiſ ſcit ſi con
uertatur & ignoſcat dſ ; Ideo ambiguum ponitur &
incertum . ut dum homineſ dubii ſunt de ſalute . for
tiuſ agant p̄nitentiam . & magiſ ad miſericordiam
pro uo cet ——— T dm̄ ———

hb ET uidit dſ opera eorum quia conuerſi ſunt de uia
ſua mala . & miſertuſ eſt dſ ſuper malitia quā
locutuſ fuerat ut faceret eiſ . & non fecit ; LXX . &
uidit dſ opera eorum . quō reuerſi ſunt de uiiſ ſuiſ
maliſ . & egit p̄nitentiam dſ ſuper malitia quā locu
tuſ erat ut faceret eiſ . & non fecit ; Secundum utramq; in
tellegentiam . ſiue tunc urbiſ aſſyrię . ſiue cotidie . dſ .
mundi populiſ cōminatur . ut agant penitentiam ;
Qui ſi conuerſi fuerint . ipſe quoq; uertet ſententiam
ſuam . & populi conuerſione mutatur , hieremiaſ
& ezechiel manifeſtiuſ explicant . nec bona uideli
cet implere dm̄ quę promiſerit ſi boni uerſi ſunt

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 123, p. p.%2052 – Hieronymus, Commentarii in Ionam, Naum, Sophoniam, Aggaeum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0123/p.%2052)